

VIII<sup>1</sup>, cos. III, p. p., equitibus, qui inter singulares militaver. castris novis Severianis, quibus praest<sup>2</sup> Aelius Victor tribunus, quinis et vicenis pluribusve stipendis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis filisque eorum<sup>3</sup> civitatem Romanam qui eorum non haberent, dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc secum habuissent, cum es[t] civitas iis data, aut cum iis quas postea duxissent dumtaxat singulis. A. d. VII id. Ian. L. Virio Agricola et Sex. Catio Clementino cos.<sup>1</sup>

ex equite domini n. Aug.: M. Aurelio Deciani fil. Deciano, colonia Maluense ex Dacia.

Descript. et recognit. ex tabula aerea, que fixa est Romae in muro pos templ. divi Aug. ad Minervam.

*Tabella aenea, diptychi pars prior, nescio quo loco rep., est Neapoli in museo (III p. 895 descr. Mommsenus). — 1) A. 230, 7 Ian. — 2) Sic scriptura interior, praeest exterior. — 3) Verba ipsis filisque eorum desunt in scriptura exteriore.*

**2010** imp. Caes. P. Licin. [Valerianus] Pius Fel. Aug. pont. max. tr. pot. II<sup>1</sup> [cos. II], imp. Caes. P. Licinius Egnatius Gal[ienus Pius] Fel. Aug. pont. max. trib. pot. II cos., nomina militum qui militaverunt in c[ohorti]bus praetori[s] Valerianis Galienis d[ecem] I II III IIII V VI VII VIII VIII X piis vindicti[cibus], qui piae et fortiter militiam functi sunt, ius tribuimus conubi[i]i dumtaxat cum singulis et primis uxoriibus, ut etiam si perigrini iuris feminas im matrimonio suo iuxterint, proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos. A. d. id. Ian.<sup>2</sup> impp. Valeriano Aug. II et Galieno Aug. cos.<sup>1</sup>

coh. I pr. Valerian. Galiena p. v.: P. Anneio P. f. Probo Pap., Petobione.

Descriptu et recognitu ex tabula ae[rea, quae] fixa est Rom. immu[ro] pos[t templum divi] Aug. ad M[inervam]. M. Aureli Quintiani — L. Aureli Simplici — P. Appei Marcellini — C. Caeli Germanicini — P. Aeli Bassani — M. Aureli Magrini (sic) — P. Bellici Vincenti.

*Diptychon aeneum rep. Industriae, est Taurinis (Eph. ep. 4 p. 545; Pais suppl. Ital. 937). — 1) A. 234. — 2) Scr. a. d. VII id. Ian. (dies 7 Ian. inde ab Hadriano sollemnis fuit missionibus militum praetorianorum et urbanicianorum, cf. N. 2097 not. 2).*

*Frustula similium diptychorum dedimus supra N. 301. 475.*

---

**2011** Genio | exercitus, qui | extinguendis saevissimis latronib.<sup>1</sup> | fidei devotione | Romanae | exspectationi | et votis | omnium | satis fecit.

*Romae rep. in capite fori 4480 (VI 234 fortasse semel tantum descripta). — 1) Latronum vocabulum non raro adhibitum reperitur de factionibus adversariorum maxime bellum moventium. Ita latro dicitur Valerius Asiaticus ab ipso Claudio imperatore (supra N. 212 col. II v. 15), latrones dicuntur Maximinus eiusque milites in vit. Maximi et Balbini 2, 5. 40; cf. vit. Firmi tyranni 2, 2. Hunc titulum*